

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Instructio practica ...**

Institutiones Theologiæ Mysticæ, Seu Facilem & practicum modum  
Exercitia Spiritualia S.P. Ignatii Loyolae per octiduum faciendi - item  
triduanam recollectionem fructosè instituendi complectens, Et  
Sacerdotibus Præcipuè, aut de Sacerdotali Statu suscipiendo  
deliberantibus accomodata, Una cum ...

**Lohner, Tobias**

**Dilingæ, 1680**

Consideratio de spiritualibus exercitiis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48834](#)

## C O N S I D E R A T I O

Pro Sexta Die.

## D E S P I R I T U A L I B V S E X E R C I T I I S,

## Punctum I.

**E**xamina te 1. Circa hæc exercitia in genere, an de his par est, magnam estimationem conceperis? an debitis industrias ad eadem ritè peragenda adhibueris? an suum quoque tempus accuratè, integrèque impendere consueveris?

**E**xamina te 2. An meditationis finem obtainere studeris, qui est quadruplex, scilicet cultum DEO, & Sanctis tributum, pios affectus exercere, varias petitiones proponere, vitam perficere? an ad hunc finem obtainendum selegeris apostolam, aptum modum tenueris, aptum, certumque tempus elegeris?

**E**xamina te III. An Orationis vocalis finem obtainere studieris, qui est DEUM & Sanctos laudare, variisque affectu virtutum elicere, & varia à DEO dona, gratiasque petere, & impetrare? an hanc orationem peregeris, quoad vocem dominicæ, quoad memoriam attenter, quoad intellectum intelligenter, quoad voluntatem ardenter, seu devotè, quoad corpus stitum reverenter?

**E**xamina te 4. An Missæ Sacrificium ordinaveris ad quintuplicem finem, propter quem institutum est, quatenus scilicet est Latreuticum, Evcharisticum, Rememorativum, Propitiatorium, Pacificum seu Imperatorium? an cum istam finem reverenter, devotè, attenter omnia, quæ in Rubricis prescribuntur, peregeris? an sufficientem eidem preparationem anteponas, & debitam gratiarum actionem sub jungas?

**E**xamina te 5. An confessionis Sacramentalis finem obtainere studueris, qui est triplex, scilicet peccatorum deletio, sui ipsius cognitio, vita emendatio? an ob hunc finem cum serio dolore & præposito ad confessionem accedas, clarè integrèque tua peccata exponas, pænitentiam debita cum intentione fidelitatèque adimpleas?

**E**xamina te 6. An Lectionis spiritualis finem obtainere

studueris, qui est voluntatem DEI cognoscere, perfectionis naturam, mediâque ad eam perveniendi addiscere, voluntatem ad idem studium a laetiter suscipiendum & continuandum varijs motivis excitare? an hunc in finem aptos libros, aptum tempus, aptumque modum legendi adhibueris?

Examina te 7. An Jaculatoriarum orationum finem obtinere studueris? qui triplex est, scilicet mentis ad DEUM elevatio, voluntatis inflammatio, Diaboli expugnatio? an in hunc finem memoriam tuam velut pharetram aptis in omnem casum jaculatoris ejusmodi precatiunculis impleveris? an suo tempore earum aliquas deprompscris, utiliterque usurparis?

### Punctum II.

Perpende motiva, ob quæ magni facere hæc exercitia, & singulari cum diligentia perficere debeas.

Primum est, quia ipsa dignitas eorum requirit summam diligentiam. Attende, quantas industrias adhibeant, peroraturi coram Rege terreno, & Aulicis ejus, & disce, quantam Reverentiam & attentionem adhibere tu debebas, cum Rege Regum, & Domino Dominantium peroratus.

Secundum est, quia fructus ex ijs speratus eam diligentiam requirit; nam, teste Cassiodoro super Ps. 101. Oratio serenator, abstrahit à terrenis, mundat à vitiis, sublevat ad cælestia, reddit capacius & dignius ad accipienda bona spirituallia. Hinc meritò S. Augustinus tom. 40. dixit: *Rectè novit vivere, qui rectè novit orare;* Hinc & B. Aloysius dicere solitus erat (uti in ejus vita, l. 2. c. 3. habetur) Religionum tam miseras facies ex una oratione neglecta prevenire, illam esse compendiosam viam ad perfectionem, & sine illa neminem se perfectè vincere posse.

Tertium est, quia hæc exercitia sunt cibus, quies, recreatio animæ. O quanta cum diligentia suum cibo sumendo, somno capiendo, animo recreando, tempus impenditur; an corpori tanquam Famulo tam sollicitè serviri æquius putas, quam ipsi Animæ?

Quartum est, quia ipsa jucunditas illorum summam alacritatem requirit; an non jucundum est, æstro posse suas miseras aperire Medico peritissimo? Méadico posse à ditissimo

Rege

Rege petere & impetrare, quod volerit Reo, posse à Jūdice re-  
niā petere, & pñæ remissionem obtinere? Discipulo, pos-  
se sapientissimum Magistrum docentem audire? Sponsz,  
posse colloqui cum eo, cujus labia sunt favus distillans, m̄  
& lac, sub lingua ejus?

## Punctum III.

Perpende media ad hunc finem conductentia.

Primum est, magnam de his Exercitiis estimationem, magnūmque ad illa desiderium habere; hinc P. Balchus volebat, Religiosum extra orationis tempora molati lapidū extra centrum constituto similem esse, & impedimento ablatō inox ad orationem redire.

Secundum est, omnes industrias accuratē adhibere, ad imitationem B. Aloysij, qui tantū studij in ijs ponebat, si omnium virtutum summa in ijs veriteretur.

Tertium est, removere fortiter quadruplex impedimen-  
tum, scilicet culpam mordentem, curam pungentem, affec-  
tum vigentem, & tribulationem cruciantem, uti S. Bernar-  
dus recte advertit.

## Pro VI. Die.

## DE RELIGIONE ET CULTV SANCTORVM.

## M E D I T A T I O III.

## Punctum I.

**C**onsidera I. Inter alia obsequia, quibus debitum DEO cultum exhibere possis, non postremum esse, si ipsius juxta consilium S. Davidis Pf. 150. laudare studeas in Sanctis ejus; ut enim summam de aliquo Principe estimationem ju-  
re merito concepisse creditur, qui etiam famulis illius (ma-  
xime quos ipsi Principi magis dilectos esse novit) peculiari  
honorem & benevolentiam exhibere conatur, ita non  
minus insignem suum erga DEUM affectum manifestabit, qui peculiari studio Sanctos & Electos ejus colere satagit.

Considera II. Quod idem Sancti propter obsequia, que  
DEO tunc in terris olim exhibuerunt, tum etiamnum exhiben-  
t in cælis, summum à te merito cultum exigere videan-  
tur. Dic enim, si scitis hominem, qui te plus quam omnes  
alios, imò plus etiam, quam scipsum amaret, qui totum se obse-